

2) *Totiusque domus divinae (expectaveris totiq. d. d.).* — 3) *Statio numeri frumentariorum. (Latet causa rasurae, sed conferrī potest, quod etiam in titulo N. 2217 aliquod vocabulum erasum est).* — 4) *Procuratore portus utriusque.* — 5) *Centurione annonae.* — 6) *A. 224.*

Legionarii.

2224 N. Granonius N. f. CAI¹ | domo Luceria, IIIvir², centurio Cornelei Spin[t]eri³ | legio. XIII⁴ et Cn. Pompei | Mag.⁵ legione secunda.

Athenis rep. a. 1872 (III 6544^a descr. Lueders et nuper Wolters; litterae male exaratae, nimirum a quadratario titulis Latinis scribendis non adueto, pro G posita C, pro D semel O). — 1) *Cognomen Granonii, fortasse: Catulus.* — 2) *IIIvir legitur inter v. 1 et 2, fortasse postea insertum.* — 3) *P. Cornelius Lentulus Spinter cos. a. 697; is fuit proprætor in Hispania a. 695 (Caes. b. c. 1, 22, Cic. ad fam. 1, 9, 15), proconsul in Cilicia a. 698—701 (cf. Cic. ad fam. 1, 1 seq.)* — 4) *Diversa sine dubio a legione decima octava quae fuit in exercitu Augusti. Videtur Spinter antiquam consuetudinem, legionum quotquot in exercitibus Romanis essent connumerandarum, observasse, ut legio in qua Granonius meruit fuerit octava decima inter eas quae eo anno erant legiones Romanae (Mo.).* — 5) *Sub Cn. Pompeio potest militavisse Granonius aut in Hispania, quam ille absens rexit per legatos a. 700—705, aut in Macedonia bello civili; idque praefert Mo., cum ita explicetur, quomodo Athenis sepulcrum nancisci potuerit Granonius.*

2225 C. Canulei[u]s | Q. f., leg. VII¹, evo. cat.², mort. est ann. nat. | XXXV, donat. torq. armil. | paler. coron.; | Q. Canuleius Q. f., | leg. VII¹, occis. in Gall., | annor. nat. XVIII, | duo fratr. | leis monum. pat. fec.³

Capuae (1624. X 5886, Ritschl tab. LXXVI d). — 1) *Q. et C. Canuleii fratres meruerunt in legione septima, ea ipsa quam inter veterrimas et spectatissimas legiones exercitus sui enumerat Caesar b. Gall. 8, 8, ut inde colligitur quod alter ex eis occisus est in Gallia.* — 2) *Evocatus est ab Octaviano. Veteranos ex septima potissimum legione, in Campaniam a Caesare patre deductos, ab Octaviano a. 710 ad militiam revocatos esse ait Nicolaus Damascenus vit. Aug. c. 51 (Mueller p. 455).* — 3) *Iis monumentum pater fecit.*

2226 L. Firmio L. f. | prim. pil., tr. mil., | IIIvir. i. d., | colonia deducta | prim. pontifici¹, | legio III Sorana² | honoris et virtutis | causa.

Sorae (X 5713 vidit Mommsen). — 1) *Videtur fuisse quattuorvir ante deductam coloniam, post deductam eam pontifex primus (Mo.).* — 2) *Legio videtur conscripta a triumviris rei publicae constituendae ex civibus potissimum Soranis ideoque dicta Sorana, ut habemus Sabinam infra N. 2227. Deinde cum post proelium ad Philippos victoris exercitus militibus in Italia agri adsignarentur, Sora autem inter municipia esset ei adsignationi destinata, consentaneum est eo potissimum deductam esse legionem ibi conscriptam (Mommsen, cf. etiam Herm. vol. 18 p. 471).*

2227 C. Aclutius L. f. Ter. Gallus | duovir urbis moeniundae bis, | praefectus iure deicundo bis, | duovir iure deicundo, tr. mil. | legionis [pr]imae¹, tr. militum | legionis secundae Sabinae.